



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Rvta. Castimonia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

CASTIMONIA. CAP. XLII.

Cicutam nonnulli pro hieroglyphico castimonie posuere. Causam ego esse crediderim, quod si ejus herbarum succo testes illinantur. Venus cohibetur, precipueque spiritus ejus, quae significatio.

Diosc. li. 4. cap. 74.

Cicuta est-

Pollutiones nocturnas.

Quo Sacramenti mori ceegerunt.

Diosc. li. 3. c. 45. &

Plin. li. 20. c. 23.

Ruta pro-

pristates

varia.

SUPPLICIUM. CAP. XLIII.

Ubi vasa quaedam, quid sibi quæque velint, recensuimus, incidimus in calicem, cumque non alia de causa supplicii de aliquo sumpti hieroglyphicum esse docuimus, nisi ob cicutæ succum, qui fontibus capite damnatis propinari solitus esset, idque precipue Atheniensium instituto: ibique de calice in sacris etiam literis differuimus.

DE RUTA.

CASTIMONIA. CAP. XLIV.

Eadem ratione Ruta quoque hieroglyphicum est castimonie, qua cicutæ, diversa tamen natura vi: illa, quia plurimum refrigerat: hæc quia supra modum exsiccatur: atque, ut Dioscorides tradit, genituram in potu ciboque extinguit ruta. Theophrastus ob siccitatem durare, & ob caliditatem exurere dicit. Utcumque, ita Ovidius:

Utilius summas acuentes lumina rutas,

Et quicquid Veneri corpora nostra negat.

Est & magis arcana causa, quam siccitas caliditasve nimia, quæ ratam continentioris vitæ hieroglyphicum esse iusserit. Nam cum Serpens, ut suo loco dictum, voluptaria nequitia signum sit, ruta mirum cum tota sit Serpentibus adversaria, eosque vel odore fuget suo, ut plerique veterum tradidere, quamquam vim eam inesse uni sylvestri tradunt, merito pro castimonia ponitur. Ad id porro quod acere lumina dicit Ovidius, Apulejus rorem ejus herbarum matutinum prodesse tradit, vel cum matutino maduerit, succos in hunc usum colligendos. Atque alibi, roscedæ folia de cæca in vaseculo vitreo decoquenda, vino veteri admixto, atque ita inungendum. Cur vero Serpentes ruta horrescant, causam eam Philosophi comminiscuntur, quod Serpentes frigiditate siccitateque sint

Plin. li. 20. c. 13.

enim & frigidum est elementum terræ, & Saturno Anguis, ut alibi dictum, in manu statuitur, cuius

fidus & frigiditate & siccitate cenferi autumant Astronomi. Ruta vero quamvis calida admodum,

ipsa tamen siccitate longe præstat, adeo ut affluentiori quadam ariditatis vi apta sit ad simile cor-

tumpendum, eodem modo quo Proclus non aliam ob causam Galli cantum Leonibus horrore esse

putat, nisi quia solaris virtus utriusque insita sit animali, sed longe præstantius Gallo, quam Leoni.

Neque dissimulanda est vis rutæ prorsus admiranda, quæ non Serpentes tantum fuget, verum etiam

*Feles (ita Boinas nonnulli vocant, de qua loco suo in *Æluto*) prohibeat ne adrepant, si ejus herbarum*

ramuli in columbarii fenestris & ingressibus aliis suspensi fuerint, traditur a Florentino in Constantini Caesaris collectaneis. Quod vero venenis ruta resistat, Mustelæ sunt documento, quæ cum

Serpentibus dimicaturæ, cibo ejus armantur, unde eam à nonnullis Viperalem appellant, tradit

Apulejus. Et Mithridaticum illud adversus venena medicamentum nulli jam non innotuit: regem quippe Pontis Mithridatem cum fratris sui timeret insidias, rutæ folia xx. cum duabus nucibus jug-

landibus, & totidem caricis, admixto falis grano, jejunum quotidie accepisse.

DE CONIZA.

ABLIGURITOR. CAP. XLV.

Abiguri-

orum in-

dicium.

Hor. Epist.

li. 2. Ep. 11.

Egyptii Sacerdotes hominem qui bona sua abligurisset, & ut Horatius diceret, *paternas mater- nasque res fortiter absumpsisset*, significare si vellent, pecudes caprasve Conizam depalcentes pro hieroglyphico facere consueverunt: siquidem constat animalia ea, quæ Coniza vescuntur, insana-